

Phæn. III.

nuit, etiamfi huc istuc intra aquam circumductus. Attractâ autem sensim totâ machinulâ, sed laxato tamen etiamnum filo e d, ubi parum aquæ supra se habebat capsula, statim elapsus

Phæn. IV.

est embolus, isteque lapsus profundius intra aquam contingebat adjuncto pondere f, quàm remoto hoc & emboli solius pondere urgente.

*Alterum experimentum* dabant duo orbes orichalcei A & B, (*Vid. Fig. XX.*) supernè ansati, & infernè vitreis planis politis, seu specularibus muniti. Iestas politas superficies aquâ purâ vel oleo amygdalorum ablutas & madefactas, sibi que mutuò impositas firmiter compressimus, ut aër intermedius omnis excluderetur, ipsæque se mutuò immediate fermè contingerent. Quo facto

Phæn. V.

non solum orbis B, plusquam  $\frac{1}{4}$  libræ pendens, liberè ex altero A manu sublato suspensus hæsit, sed etiam appensum insuper pondus C, (*Vid. Fig. XXI.*)

Phæn. VI.

3. librarum sustinuit (majus multò sustentaturus, si exactior fuisset utriusque orbis planities,) nec nisi violentâ manu divelli à socio potuit.

*Ut causas horum Phænomenorum explicarem, supponenda fuerunt sequentia jam indubia.*

Primò : Ubicunque ponitur aliquod grave intra corpus fluidum, ibi concipi posse superficiem seu planitiem




Fig. XIX.



Fig. XX.

imagi-